

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 458

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Jumièges, Saint-Pierre (abbaye)

**Genre d'acte :** diplôme

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1186, 13 avril-1186, 31 octobre]

**Lieu d'émission :** Fontainebleau

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation par Philippe-Auguste de la donation de 61 arpents de bois dans la paroisse de Genainville faite à l'église de Jumièges par Rainsende de Maudétour, Aleaume et Eude Talbot ses fils, du consentement de Christiane, femme dudit Aleaume, de Simon son fils et de Luce sa fille.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 18, p. 6.
- b. Vernier Jules-Joseph, *Chartes de l'abbaye de Jumièges (v. 825-1204)*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard (Société de l'histoire de Normandie), 1916, 2 vol., n° CXLIV, t. 2, p. 82-83.
- c. Berger Élie, Delaborde Henri-François, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 1, années du règne I à XV (1er novembre 1179-31 octobre 1194), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; V), 1916, n° 172, p. 207-208.

## Dissertation critique

Datation proposée par BERGER/DELABORDE, Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 1, p. 207. Cf. Datation du 13 avril au 28 mars 1187 d'après J.-J. Vernier.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia Francorum rex. Que bono zelo geruntur, litterarum memorie decet commendari, ne a posteris, quos ad mala prioniores fore timemus, aliquatenus perperam valeant retractari. Ad noticiam ideo tam presentium quam futurorum volumus pervenire quoniam Rainsendis de Maldestor et Alelmus Talebot et Odo, filii ejus, assensu Christiane, uxoris dicti Alelmi, et assensu Simonis filii sui, et Luce filie sue, et omnium heredum suorum, et assensu Theobaldi de Maldestor et Guerrici de Genesvilla, dominorum suorum de feodo illo, ecclesie Gemmeticensi in elemosinam dederunt sexaginta et unum arpenta nemoris in parrochia de Genesvilla, circa fontem Ermeheri ad extirpandum et colendum. Quoniam autem terra illa de nobis movebat, ad nos fuit recursus, et nos dono illi et elemosine supremam manum apponentes, eam beginne (sic) laudavimus et concessimus, salvo alieno jure. Hanc itaque terram et donum quod Guerricus de Genesvilla et Paganus, frater ejus, et Juliana, uxor Guerrici, fecerunt predicte ecclesie Gemmeticensi, et universa que Gemmeticensis ecclesia in regno nostro possidet in protectionem et custodiam nostram suscepimus,

auctoritate regia prohibentes ne quis in tota terra nostra jura memorate ecclesie violare presumat. Que omnia ut perpetuam sortiantur stabilitatem, presentem paginam sigilli nostri auctoritate (sigilli) ac regii nominis caractere subter annotato precepimus confirmari. Actum apud Fontem Blaaudi, anno incarnati Verbi .M°. C°. LXXX°. VIto., regni nostri anno septimo, astantibus in palatio nostro quorum nomina supposita sunt et signa. S[ignum] comitis Theobaudi dapiferi nostri. S[ignum] Guidonis buticularii. S[ignum] Mathei camerarii. S[ignum] Radulphi constabularii. Data vacante (monogramme du roi composé des lettres du mot PHILIPPUS cancellaria.